

Johann Joachim Schoepffer

**Programma Quo Rector Academiae Rostochiensis Johannes Joachimus  
Schoepferus/ I.U.D. ... Ad Eundum Exequias, Quas Matronae ... Agnetae  
Scharffenbergs/ Viri ... Dn. Georgii Henrici Weydenkopff/ ... Senatus h. Urbis  
Pharmacopaei per plures annos optime merici Relictae Viduae Liberi Eius  
Moestissimi Hodie D. IX. Augusti, A. M DC XCIV. cohonestatas cupiunt, Omnes  
Academiae Cives ... invitat**

Rostochii: Wepplingius, 1694

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777432536>

Druck    Freier  Zugang



Schoepfer, J. J.,  
in

Agn. Scharffenberg,  
uxorem  
G. H. Weydenkopff.

Rost. 1694.

42.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777432536/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777432536/phys_0002)

DFG





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777432536/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777432536/phys_0004)

DFG

PROGRAMMA  
RECTOR  
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS  
**JOHANNES JOACHI-  
MUS SCHOEPFERUS.**  
J.U.D. & Prof. P. Comes Palat. Cæsar. & Consist. Ducal. Assessor  
AD EUNDUM EXEQVIAS,

*QVAS*  
MATRONÆ OPTIMÆ, LAUDATISSIMÆ,

**AGNETÆ**

Scharffenbergs/

VIRI SPECTATISSIMI & INTEGERRIMI

**DN. GEORGI HEN-  
RICI Beydenkopff/**



Senatus h. Urbis Pharmacopæi per plures annos optimè meridi

RELICTÆ VIDUÆ


LIBERI EJUS MOESTISSIMI

HODIE D. IX. AUGUSTI, A. MDC XCIV.

cohoneftatas cupiunt,

*Omnis Academie Cives eo, quo par est humanitatis studio, invitati.*

ROSTOCHII, Typis JOH. WERPLINGII, Univ. Typogr.



Vanquam vita nostra vulgo dicatur in arctissima animae & corporis conjunctione consistere, viresque suas exercere, experientia tandem adeo dissolubilem & fragilem naturam esse nostram testatur pariter & conqueritur, ut tandem ipse nesciam, quid de unione illâ statuendum. Annon illa firmiter cohaerere credis, quæ ita facilè se perturbari patiuntur, ut ad quemvis, etiam levem, contrarium motum aut impetum disjunctionem sui minenerit, & subinde cladem accipiant? Annon, ubi corporis partes earumq; qualitates nullâ justâ continentur mensurâ, nullâ proportione, sed potius se invicem oppugnant, conjunctissimum aliquod vinculum intercedere arbitaris? Cumq; utriusq; partis, quæ in unionem cœidunt, sua sint vitia, sua imbecillitates, suæq; tam dehiscentes ægritudines, quam quæsò validam, quam arctam societatem inibunt? At vero quanticis infirmitatibus non in nobis corpus & anima laborant & premuntur? quibus affectibus non in sui perniciem subinde abripitur anima? quot turbis agitatur? quem malitia fontem non continuò profluentem in se circumfert & evolvit? Quomodo jam mens illa, quæ ipsa sibi neq; satis constat neq; placet, in id ritè conspirare potest, ut cum corpore firmiter copuletur? Et jungatur corpori anima! Astubi tutilla fides in tantâ partium corporearum dissensione? Annon humorum, quibus Spiritus meant, ea jam est conditio, ut dum æquilibrium excedunt, nunc huc nunc illuc in mutuam pugnam erumpant? Vah! quanta rebellionis non in corpore nostro alitur materia; quam sedis non subinde in visceribus audiuntur motus, ut tonitrua esse credas, quam colliduntur & tumultuantur? in tantâ vero partis discordia & corruptione quam intima alteri parti possit esse amicitia cohaerentia, nondum liquet. Quoties corporis pruritus & contumacia animæ imperium detrectat, ut neq; pes neq; manus ad voluntatem obsecrivellint? Et quoties anima ipsa tanquam forma suâ naturali libidine corpus ita deformare studet, ut præcipiti quodam lapsu in ruinam sui feratur? Neq; enim corporis membra propriè in sceleris aut meditationem aut admissionem sunt ingeniosa, sed omnis mali quæ est forma, ab anima, quæ legem intelligit, fingitur, & in corporis actiones & obsequium influit. At vero si res, quæ formam sustinet, ita corporis viribus sæpe abutitur, ut prona ad interitum pareatur via, quam quæ so connexionem ibi cogitabis? itaque laxa admodum potius partium, dum homo vivit, quam arctissima credenda & statuenda est copulatio.

latio. Inde tot mortis vulnera, tot clades, tot luctuum gemitus  
orbem humanum dilacerant, exhauiunt, perstrepunt. Quemad-  
modum vero rationis usus inter alia in eo latissime patere debet, ut eor-  
um, quae obveniunt, naturam, bona, utilisan noxia sit, causasque  
explicare studeat, quod si uerum est, ita non abs re jam erit, eo  
inquirere, ut quae causa tam turbulentis tamque insperatis mortis re-  
bus subnata sit, aliquantulum proponamus. M. T. Ciceru si  
in pretio meretur hic ponni, quod utique dignus est, in Catone majore or-  
mnen videtur mortis rationem tum in vigente tum in senescente  
estate hisce exposuisse; Adolescentes, inquieti, mori sic mibi videntur, ut  
cum aqua multitudine vis flammæ opprimitur; senes autem, sicut sua sponte, nulla  
adhibita ut consumptus ignis extinguitur. Et quasi poma ex arboribus, si crus-  
tas sunt, rami avelluntur; si matura Scotta, decidunt; sic vitam adolescentibus  
vis affert, senibus maturitas. Quanquam ego verba haec suo sensu & va-  
lere & abundare permitto, tantum tamen abest, ut ad recessus veritatis o-  
mnes penetraverit Cicero, ut in circumstantiis potius quibusdam, ve-  
lut in cortice, hæserit, principali causâ mali ignorata. Evidem Aristoteli  
velut omnibus ingenior & perspicacior jam suâ aetate, h.e. diu  
ante Ciceronem, longius progressus, in ipsa naturali rerum ortarum  
Conditione vim mortis communis quærere eoque transferre allabora-  
vit, dum quae habent originem, & quae orta sunt, etiam ad interitum  
propendere & properare necessitate esset; Verum ut non dicam de An-  
geliis & animabus nostris, in quibus nec spiritualis naturæ simplicitas,  
nec justitia DEI gentibus etiam nota, ullum mortalitati locum relin-  
quunt, quid de celo, quid de stellis aliisque corporibus censendum? an-  
non illis etiam corruptionis necessitas intrinsecus incumbit? Quare  
eundem semper in illis vigorem, quare eandem serenitatem, quare  
motum perpetuum agnoscimus? Et si artificiosum hodiè balsamum  
corpora etiam mortua à putredine conservare possunt, quomodo sua  
rebus omnibus origo interitum etiam conciliabit? Inde Galenus  
probabilem quidem suam Aristotelii rationem concedere non dubitat,  
vim tamen ita concludendi necessariam omnino in dubium vocat.  
Et quanquam calore nativo ita jam vitam ducimus, ut ex alimento  
humidum, relictis quibusdam terrestribus particulis, absunt &  
subinde corpori humano major siccitas inferatur, unde rugæ seniles,  
unde multæ aliae infirmitates contrahuntur, non tamen inde mortis &  
corruptionis humanæ ratio tanquam ex origene sua deducenda, sed  
altius repetenda venit. Neque enim ita creatus homo est, ut suâ naturâ  
morti sit obnoxius. Quae res adeò patet, ut nisi ratione sua tam mi-  
serè abusi essent gentiles, eam facile assequi potuissent. Annon Deus  
tam bonus hominem ita abjecisset, in cuius tamen gratiam omnia condi-

dit, ut brutorum more interiret? An non Creator Sapientissimus, quem  
consilii sui nuncquam pœnitit, homini primo frustra corpus adjun-  
xit, ut revellendum esset? An non homo, cui legis suæ sensum De-  
us impressit, in officio suo perturbatus fuisset, si naturaliter ad lan-  
gvorem, si ad mortem ipsam propensus fuisset. Et si justitia Dei na-  
turalis ex ipsa naturâ gentibus constat, quare corpus, si recte homo  
semper fecisset, tanquam genuinum animæ instrumentum, à vita tan-  
dem separandum fuisset? Licet nè actionum omnium, quæ pietatem  
verè præ se ferunt, sensibilem socium ita malè habere? Quam firmis  
etiam post lapsum animæ immortalitas ex ratione argumentis nit-  
atur & gaudeat, non est, qvod prolixius ostendam. Relinqvitur ergo,  
ut peccatum, qvod sponte suâ homo sibi contraxit, tanquam unicam  
mortis causam, in medium adducamus. Hoc morteni ejusq; tumultu-  
tum in mundo demum peperit Rom. v. 12. Hoc mortem homini tan-  
quam meritam stipem & appendit & annumerat Rom. VI. 23. Nam  
dum peccatum admisit homo, mors tanquam signata figura statim  
exsurgebat. Peccaturo lcidicet homini mors in pœnam, cuius præ An-  
gelis lapsis ille ex pulvere formatus capax fieri posset, & proposita  
Gen. II. 17. & lapso inficta est Gen. III. 19. Dumq; violentus ille peccandi  
actus, qvò primus homo se ipsum avertit, totius naturæ, qvoad vires  
benè agendi, corruptionem induxit, ut ex physicâ ipsius rei necessita-  
te, malum jam in nos posteros derivetur & diffundatur, efficitur, ut  
mortis nunc imperata facere cogantur omnes. Et qvanticam san-  
gvine CHRISTI pretioso simus reparati & reconciliati, mors tamen  
tanquam pœna latè dicta, quæ paternæ castigationi respondet, re-  
licta est, non qvod ira quædam Dei restaret, aut ut amplius satisfie-  
ret, sed ut meriti nostri miseriæq; admoneremur, & sanguini JESU  
CHRISTI, quem unicè morti opponimus, eò major gloria accede-  
ret, & desiderium gratiæ divinæ accenderetur & augeretur. In-  
de piis, dum ex sententiâ Adamo in gratiam recepto latâ Gen. III.  
19. dissolvuntur, transitus per mortem ad æternam requiem, ad ineffa-  
bilem animæ refectionem, ad celestem patriæ civitatem patet Joh. XI.  
25. sq. Impiis verò sicut prima illa comminatio divina, quæ Adamo  
adhuc integro facta, imminet, ita per mortem talis dispositio contin-  
git, qvâ ad æternos cruciatus præcipitantur. Interim utrisq; dum  
in hoc miseriarum pelago adhuc fluctuare datur, varia obtingunt,  
unde varietatem suam deinde exitus accipit & metitur. Si principi-  
um insitum, quod nativum calidum natura esse voluit, sponte suâ ob  
debitatem deficit, aut ob diuturnitatem temporis contabescit,  
mors naturalis appellatur; Sin verò extrinsecus quædam obveniunt  
sive

sive ab aere, sive à pabulivel defectu vel excessu vel vitio ejus, sive ab aliis principiis, qvæ interitum afferre possunt, violentiam qvandam nomini suo mors admilceret; Qvò an etiam Annos Climactericos referre possis, jam non explanatus edisseram. Evidem si vim notabiliter septennio quoque variandi mutandique hominem effundunt, violentæ mortis causas utique suâ accessione augerent; Verum cum multitudo eorum, qvi annos Climactericos vivi integrisq; viribus excesserunt, tanta est, ut ratio diversitatis nulla reddi possit, annos etiam illos generis dubii, si non vani, æstimare licebit. Sed quò elabor? Vita scilicet nostra tām vana tāmque vagabunda in aliquam diucurrendi licentiam me abduxit, & ne penna in ipso limine lacrymarum quodam fonte perfunderetur, aut planè, quod in quibusdam tristitiaæ casibus fieri consuevit, exaresceret, ita animum aliquantulum præparare aut mitigare placuit. Ut tamen ad propositum jam redeam, Manibus Matronæ tot virtutum, tot pietatis documentis insigniter claræ, ut parentarem, proh dolor! rogatus sum. Defuncta est illa, dum per omnes vitæ casus satis feliciter eluctata, venerabilem canitiem ostentare poterat; & licet annos illos criticos aut ignoraret aut in minimis poneret, dum præteritos sive minores sive majores bonâ valetudine superasset, septimo tamen anno decies in se reducto & multiplicato, in scalis vitæ suæ subsistere jussa est, ut corpus in principia, unde conflatum esset, rediret juxta & resloveretur. Si preces, in quibus pro salute suorum apud Deum frequentissima fuicit, si curam, qvâ liberis nepotibusque optimè semper prospectum cupiebat, si juvandi studium, quò egenos qvosque solabatur, animo obversari jubeo, nescire literas mallem, quām eum in finem excolluisse eas, ut tantiboni jacturam, qvam Filii, qvam pauperes in mundo relicti jam fecerunt, pluribus enarrarem. At enim verò cum post fata etiam Nostrarium eadem Dei cura nobis præsidio sit, idem ventus adspiret, eadem terra proventus mittat, & demortuis suæ laudes debeantur, qvò superstites habeant, quorum vestigiis insistant, tanæ Marone, qvam per mortem jam amisimus, decora silentio prætermittere, omnino nefas duxi. Vitam illa accepit mundumq; spectabilem ingressa est Anno 1624. d. 24. Decembr. Patrem exosculata est & reverenter coluit virum prudentissimum atque spectatissimum DN. BERNHARDUM Scharffenberg Civem hujus urbis primarium; Matrem feminam nobilem omniq; virtutum genere egregiè præstantem MARGARETHAM Clandrians. Avum paternum non sine honoris præfatione nominavit Virum Nobilissimum atque Consultissimum DN. BERNHARDUM Scharffenberg Consulem Rei-

Reipublicæ Rostochiensis insigniter meritum; Aviam Femina Nam  
biliſſ. ſexuſque ſui virtutib⁹ conſpicuam AGNETAM Beſelins.  
Ampliſſimi Viri DN. NICOLAI Beſelins Senatoris hujus civitatis  
filiam; Proavum Virum Ampliſſimum DN. NICOLALM Schaeſ-  
ſenbergs Neobrandenburgi, qvæ urbs Stargardia noſtræ metropo-  
lis eſt, Senatorem meritis ſuis qvondam nominatiſſimum; Proavia  
URSULAM Jünglings Consulis Neobrandenburgi, filiam. Avus  
maternus ei contigit Vir Nobiliſſimus atque Conſultiſſimus DN.  
DANIEL Clandrian Consul Gaſtroviensis meritiſſimus; Avia ma-  
terna femina Nobiliſſ. MARGARETHA Krügers Consulis Gaſtro-  
viensium gravissimi DN. ULDERICI Krügers filia; Proavus mater-  
nus Vir Spectatiſſimus atque integerrimus DN. LAURENTIUS  
Clandrian in municipio Friedland olim decurio; Proavia Femina  
pientiſſima honestiſſima que ANNA Klockowen. His majoribus  
atqve parentibus natales ſuos debuit B. Noſtra, & licet in eo-  
rum Sangvine, auctoritate & meritis copioſa de genere ſuo glorian-  
di eſſet materia, modeſtè tamen admodum de felicitate illa ſenſit, id  
deum veræ gloriæ eſſe rata, ex illis in lucem prodiuſe vitalem, qui  
verā in CHRISTUM fide conſcientiam, aliasque vitæ ærumnas ipſi  
ſolari potuſſent. Utque ipſi in futurum ſolatium perpeſuō conſta-  
ret, ad quam ſalutem & ad quam nupiātā coram Deo per baptiſ-  
mum renata eſſet, nomine AGNETHÆ inſignita eſt. Qvām ſol-  
licitē exinde educationis curam fulceperint parentes optimi, ea inter  
alia ſignificatum eunt, qvæ in aternam laudis memoriam parenti in-  
tegerrimo poſt fatā in publico programmate ſcribuntur; ita verò illud:  
*Non cum ſex ſeptemve i. ibus, quod urbis hujus turpiſſima conſuetudo eſt, ali-  
cui turma liberūm unius pædagogi operam addixit, diriſitq; vičtus dies,  
aut pecunia partem exegit, aut ienuiter & ſolli: ita rationibus circumſcripsit  
inſtituorem; sed prompte Euelutigenius amor conſultaq; in filios liberali-  
tas efflagitare poſſet, erogabat; Tum deum rečeſe locaſſeratus, cum  
pecuniā in bonis moribus literisq; occupaſſe. Intellexerunt ſcilicet pa-  
rentes illi Christiani, quantum in filiis pignus ipforum fidei eſſet  
permifſum, ut ſi aut incuria aut indulgentia corrumperentur filii, ex-  
quifiſiſſimè ſemper parentibus reddenda ratio incumbat, aternæq;  
damnationis reatus non minorem metum incutiat.* Neque Spem,  
quam de ipſā conceperant omnes boni, quicquam feſellit B.n., ſed  
bona in doliſ ſuā flammulat ita ſuscitavit, ut virtutum radii tortius vitæ  
curlū iuſtificarent. In pietatis ſtudio fuit infuſata, in parentū amorem &  
obsequiū promptiſſima, in moribus ſexū ſuum ornantibus ita bene ad  
honestatē composita & laudabilis, ut ſucatum faciei colorem, laſcivum  
oculo-

oculorum ambitum & blanditias, adulterinos frontis capillos, cothurnatam  
illam & ambitiosam capitis cristam, qva hodiè superbunt mulieres, garrulam  
lingvæ inconsiderantiam, inverecundam corporis nuditatem, ambitiosum  
illum incessum, quò velut ad mensuram gressus numerantur, cane pejus ac  
angvæ fugerit & detestata sit. Qvæ morum castitas & providentia, qvæ cu-  
linæ quam pompæ studiosior erat, cum nubilis virgo facta esset, ita svaviter  
in oculos animumque Viri Spectatissimi, Doctissimi arteq; pharmaceuticæ Clas-  
sissimi DN. PETRI Barnstorffs pharmacopæi Ampliss. hujus Senatus dexter-  
rimi influxit, ut Beatæ nostræ nuptias decentissimè petierit, eamq; A. 1644.  
24. Augusti sibi matrimonio junxerit. Quod conjugium sicut Deo optimè sic  
providente, contractum erat, nec turbulentum, nec sterile fuit, sed dum idem  
velle & idem nolle in utriusq; animis svaviter constanterq; invalidierat, quatuor  
B.n. in illo enixa est filios, quorum postremijam dudum in vivis esse defierunt,  
duo verò priores, annuente Dei gratia, tale incrementum virium & virtutis  
ceperunt, ut summum facultatis qvisq; suæ titulum consecuti Viri per omnem  
vitæ usum sint facti longè lateq; utiles. Alter enim Vir Excellentissimus atq;  
Experientissimus Dn. BERNHARDUS Barnstorff Collega Fautorq; noster ami-  
cissimè colendus, Medicinae D. & Prof. Publ. additos naturæ recessus scrutatur,  
ut quantum ad salutem hominum res valeant, sapienter discernat, jam pridem  
celebritatem nominis id propter nactus. Alter a. Vir Nobilissimus atq; Con-  
sultissimus Dn. JOHANNES Barnstorff J.U.D. Fautor atq; Amicus noster inte-  
gerrimus pariter & honoratissimus, acutissimus legum interpres audit, tamq;  
feliciter & caute omnes juris rationes applicat, ut qvarum Causarum Patronus, tanquam Ad-  
vocatus tum Dicasterii Paßchimensis, tum Consistorii Ducalis esse rogatur, illis dexterrimè  
patrocinari noverit. Cumq; vinculum illud thori amicissimum vi interpellantis mortis ru-  
ptum esset, cumq; lugubris etiam Vestitus satis diu corpus faciemq; obvelasset & obscurasset,  
tandem, Deo iis jubente, in Viri spectatissimi atq; integrerrimi Dn. GEORGII Weydenkopff  
amabiles amplexus iterum concessit, ut per omnes partes & officii & thalami marito priori  
ille succederet. Qvæ connubii fides mutuò data & confirmata est A. 1654. d. 20. April. Qvam  
arcta etiam hic fuerit animorum conjunctio, qvam fecundans DEI benedictio, vel ex prole  
intelligas, qvæ plus simplici vice inde fuit suscepta; Prima fuit Anna Sophia, altera Margaretha Agnesa & tandem Johannes Georgius. Si vires, qvibus initio liberividebantur alacres &  
saris robusti omnes, si Cura illa materna, qvæ admodum sollicitè fovebantur, si vota, qvibus  
diu in vita superstites esse natos expetimus, præscriptum mortis tempus transponere & pro-  
rogare potuissent, omnes illos, qvos in lucem edidit B. n., adhuc habuisset vitales. Verum  
cum hæc lege mundum intrinus omnes, ut peregrinemur modò in eo, celestem semper patri-  
am meditaturi, primogenitam annum unum & qvinq; hebdomadas natam, & ultimogeniti-  
num J. U. Licentiatum cælibem ex hæc mortalitate ad Dæum in triumphantem vitam præmisit.  
Media sola Margaretha tip. Agnesa, femina Nobilissima, omniq; virtutum muliebrium genere  
ornatissima, id gratia à Deo accepit, ut superstes adhuc magno Matri & solatio & honori esse  
potuerit. Collocata enim est illa nuptui Viro Sunmè Rev. Amplissimo atq; Excellentissimo Dn.  
GOTHOFREDO Weiß Prof. ante annum hujus Acad. Publico & ad d. Nicol. Ecclesiasti meritisissi-  
mo, nunc Superintendenti Urbis Lüneburgi gravissimo, Viro undeq; vaq; Celeberrimo & optimo,  
vinculõq; illò tam jucunde hastenus fructa est, ut una mens, unus annus in utroq; corpore con-  
junctis

justissimè habitet, & misericordia auxilium, utiam in seros annos! promptissimè præster. Iterum deinde Vidua facta Anno 1691, d. 7. April, id curè sibi semper sumit B.N., ut quod reliquum esset virtù, piè, placidè, sancteque transfigeret, nemini gravis, omnibus facilis & officiosa, rerumque futurarum ad salutem sibi fatis provida. Ingrave scente tandem estate, cum vasa diu ad abitum jam collegisset, infirmitate quādam correpta in lectum mortis suæ se recessit, ibique finem virtù, præsentisemper animo, expectavit: Audiamus jam Filium ipsum Medicum, eaqua fas est honoris significatione, jam supra memoratum! Ita verò ille de morbi mortisque genere: Intensissimè dolores nephriticī, cum omnimodā iſchuria, colicā, bigollis, inapetentia & somnībus conjuncti, matrem meam dilectissimam, nunc eheū! desideratissimam adē exraciarunt & everbarunt, ut, licet quarto à decubitu die, post fabuli alicujus avonos & bīscidi excretionem, aliquantulum urina reddiderit, dolorum quoq; remissionem senserit, sīrūm iamē neminimam quidem respirationem percipere poterit. Appetitus enim plane prostratus mansit, nec quicquam ciborum aut potus, multò minus medicamentorum, quē bires resarciri aliquanculum potuissent, assumere valuit, quin statim maximis cum anxietatibus rebomeret. Hinc, accedentibus inordinariis subinde muscularum contracturis animiq; deliquis, indies magis debilitatē, unice medicinam quæsivit, qua anima pariter & corpori naeclerē poterat, quam etiam p̄ficia peccatorum seriā confessione die 28. Iulii assūmisit, subministratam sibi à Dn. Confessionario Viro maximè Reberendo DN. FRANCISCO VFOLFFIO S.S.Theol. D. Prof. P. & Pastore Mariano, Collegā nostro honoratissimo. Corpore itaq; & Sanguine CHRISTI mirum quantum recreata, atq; salutatib; sico instructa, constanti fide ac déotione d. 31. Iulii circa nonam & exp̄tinam, anima juam Creatori redidit, & ex hac fugacissima vita in æternam & immutabilem beatè migrabit. Sic jam illa vi- tā excessit, qvæ ut viveret, aliam vivendi, quād per mortem, rationē nec inire poterat nec debebat. Sic viribus illa fracta & comminuta est, qvæ per fidem in Iesum plane se abnegare tenebatur, ut siue viveret sive moreretur, nullā fiducia suisē Dei in sanguine Iesu Christi niteretur; Sic oculis nostris subducta est illa, qvæ ipsa materia expertem spiritum, animam scil., testaceo vase circumulit, satis gnara, perfectionem virtutemque omnem in illis rebus ponendam esse, qvæ longissime per hanc vitam ab oculorum lensu recederent. Sic tandem ultimum illavitæ halitum expiravit, qvæ ut ad æternam vitam respirare posset, unicè in virtute & cruento merito CHRISTI Servatoris nostri optimi recumbebat. Nihil itaq; qvod anxiè lugendum, hic occurtere poterit. Sit Mater, sit Avia! nepotum ac neptium defuncta! Ast parentibus etiam sua tandem requies concedenda, dum sat diu pro liberorum Salute in mundo invigilaverint. Putrescat relictum corpus! Anima tamen superstes, qvæ personam tuita est, & clarius jam intelligit, & non sine ineffabili voluptate percipit, qvæ sunt virtutes cælestis gloriæ; neq; corpus absq; certissima resurgendi spe ita lacerum & anidumq; in cinerem abit. Proin, Viri grabissimi! Ceteriq; qvos dolor ille orbitatis occupavit, Vestra, qvæ est fidei spes, lacrymarum modum jam oculis imperabit, Vobisq; potius vitam diuturniorem, salutis uberiorēm materiam, familiæq; majorem splendorem apprecabitur omnes, qvam ut diutiū hisce mortoris meditationibus nos exerceri jam patiamur. Ceterum ipsa Vektra, Cives Academæ optimi, qvæ est, humanitas promptius placendi studium mihi videtur promittere, qvam quod multis verborum circuitibus demum impetrare oportet. Netamen officii mei partibus qvicq; vana deesse videar, propositoq; Vestro calcar ut addam, ex eq; vias jam eat is honoratissimæ Vestræ præsentia frequentes, qvō fas est studio, obnixè rogito. Res agitur sortis nostræ, quæ omniis incumbit, communis, & si ipsa aut fragilitas nostræ, aut officii, quod ultimis defunctorum honoribus debemus, memoriam animo dimovere non veremur, quam tandem Sapientiam, dum adhuc vivimus, & quam gratiam post deceplum nobis apud superstites pollicebimur? Annon par parte referatur, timendum erit? Explamus ergo quod est officii nostri circa demortuorum curam habendam! Deducamus Matronæ nostræ, in Domino qvæ spiritum emisit, exuvias, ea qvā docet solemnitate, ad locum, qvem ipsi destinavit & Defunctori ipsius olim cura & tan- torum liberorum religio. Valete

Conventus fuit in S. de Mariana horæ 1 Pomerid.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/pnn777432536/phys\\_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn777432536/phys_0013)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777432536/phys\\_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777432536/phys_0014)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock


[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777432536/phys\\_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777432536/phys_0015)

DFG

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777432536/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777432536/phys_0016)



oculorum ambitum & blanditias, adulterin  
 illam & ambitiosam capit is cristam, qva hoc  
 lingvæ inconsiderantiam, inverecundam  
 illum incessum, quò velut ad mensuram gre  
 angve fugerit & detestata sit. Qvæ moru  
 linæ quām pompæ studiosior erat, cum nul  
 inoculos animumque Viri Spectatissimi, Do  
 rissimi DN. PETRI Barnstorffs pharmacopa  
 rimi influxit, ut Beatæ nostræ nuptias dece  
 24. Augusti sibi matrimonio junxerit. Quod  
 providente, contractum erat, nec turbulent  
 velle & idem nolle in utriusq; animis svavite  
 B.n. in illō enixa est filios, quorum postremij  
 duo verò priores, annuente Dei gratia, tale  
 cperunt, ut summum facultatis qvisq; suæ ti  
 vita usum sint facti longè lateq; utiles. Alt  
 Experientissimus Dn. BERNHARDUS Barn  
 cissimè colendus, Medicinæ D. & Prof. Publ.  
 ut quantum ad salutem hominum res valeant  
 celebritatem nominis id propter nactus. A  
 fultissimus Dn. JOHANNES Barnstorff J.U.  
 gerrimus pariter & honoratissimus, acutissim  
 feliciter & caute omnes juris rationes applicat, ut q  
 vocatus tum Dicasterii Paschimensis, tum Consistor  
 patrocinari noverit. Cumq; vinculum illud thori a  
 ptum esset, cumq; lugubris etiam Vestitus satis diu c  
 randem, Deo ius jubente, in Viri Spectatissimi atq;  
 amabiles amplexus iterum concessit, ut per Omnes  
 ille succederet. Qvæ connubii fides mutuò data & e  
 arcta etiam hīc fuerit animorum conjunctio, qvām  
 intelligas, qvæ plus simplici vice inde fuit suscepit;  
 retha Agnesa & tandem Johannes Georgius. Si vires,  
 satis robusti omnes, si Cura illa materna, qvā admod  
 diu in vita superstites esse natos expetimus, præscrip  
 rogare potuissent, omnes illos, qvos in lucem edidi  
 cum hāc lege mundum intramus omnes, ut peregrine  
 am meditaturi, primogenitam, annum unum & qv  
 tum J.U. Licentiatum cælibem ex hāc mortalitate a  
 Media sola Margaretha. Agnesa, femina Nobilissi  
 ornatissima, id gratia à Deo accepit, ut superstes ad  
 potuerit. Collocata enim est illa nuptui Viro Summè  
 GOTHOFREDO Weiß Prof. ante annum hujus Acad. P  
 mo, nunc Superintendenti Urbis Lüneburgi gravissimi  
 vinculōq; illō tām jucundē hastenus fructa est, ut una



the scale towards document

032

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No.

illos, cothurnata mulieres, garrulam  
 tam, ambitiosum tur, cane pejus ac  
 rovidentia, qvā cu  
 a esset, ita svaviter  
 pharmaceutica Clas  
 ius Senatus dexter  
 ierit, eamq; A. 1644.  
 icut, Deo optimè sic  
 e fuit, sed dum idem  
 invalierat, quatuor  
 vivis esse desierunt,  
 virium & virtutis  
 ut Viri per omnem  
 excellentissimus atq;  
 Fautorq; noster ami  
 & recessus scrutatur,  
 scernat, jam pridem  
 bilissimus atq; Con  
 Amicus noster inter  
 pres audit, tamq;  
 Patronus, tanquam Ad  
 legatur, illis dexterrimè  
 interpellantismortis ru  
 bvelasset & obscurasset,  
 GEORGII Werdenfels  
 & thalami marito priori  
 1654. d. 20. April. Qvām  
 benedictio, vel ex prole  
 Sophia, altera Margar  
 etividabantur alacres &  
 ebantur, si vota, qvibus  
 pus transponere & pro  
 buisset vitales. Verūm  
 celestem semper patri  
 natam, & ultimogeniti  
 fantem vitam præmisit.  
 utrum muliebrium genere  
 & solario & honori esse  
 atq; Excellentissimo Dn.  
 col. Ecclesiasti meritissi  
 ; Celeberrimo & optimo  
 us in utroq; corpore con  
 junctis